

niali rubr. de receptione Regis, & ingressu Imperatoris, in capella, & consistorio assignatur locus Regi post primum Cardinalem Episcopum, vel antiquiorem Cardinalem Presbyterum. Unde Cardinalium collegium est honorabilissimum membrum, quod habet ecclesia Dei, & dicitur gremium Romanæ ecclesie; c. In nomine Domini 1, circa medium dist. 23. & merito de eo dici potest illud, quod de Romano tunc supreme Reipublice Senatui interrogato Pyrrho Epirotarum Rege Cyneasum legatum respondisse asserunt: *Urbem Romanam Templum sibi visum, Senatum Regum, Senatores quot, tot Reges. Hinc Pius II. in comment. lib. 3. pag. 66. ait: Cardinales pares Regibus haberi; & dum eos creabat dicebat; Vos Senatores Urbis, & Regum similes estis; & sic hoc dixit Paulus II. refert Card. Papiens. Epistol. 180. & 181. Et Regibus æquiparari, & in eis residere totam majestatem christiane reipublice tenet Card. Tusch. tom. 1. in lit. C. concl. 100. n. 4. Decian. consil. 8. n. 63. volum. 1. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 1. n. 1. Duaren. de sac. eccles. ministr. lib. 1. c. 13. & Barbos. lib. 1. juris ecclesie univers. c. 4. n. 9. cum multis aliis ibi citatis. (Circa Birretum vid. lib. B. pag. 391.)*

19 Hic jurat adducere novissimas Apostolicas Sanctiones Curia assuetionem Decanatus Sacri Collegii Cardinalium.

SS. D. N. D. BENEDICTI PAPÆ XIII.

Constitutio.

20 **Q**UA Decanatum Sacri S. R. E. Cardinalium collegii ad Episcopum Cardinalem antiquiorem, licet à Rom. Curia absentem, dummodo tempore vacationis ejusdem Decanatus apud priorem sibi commissam ecclesiam personaliter residet, devenire decrevit, pluraque alia quoad Ostiensis, & Veliternensis ecclesiarum optionem statuuntur, cum clausula, & derogationibus opportunis.

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

**R**OMANI Pontificis circumspecta vigilantia ea, quæ certis etiam, & rationabilibus ex causis à prædecessoribus suis olim providæ sancta fuerunt, ubi dissidiis, & contentionibus, præsertim inter eos, qui sublimi cardinalatus dignitate in sancta Dei ecclesia præfulgent, aliisque insuper gravius malis occasione tribuere dignoscuntur, ipsa rerum experientia suadente, nonnumquam moderatur, ac immutat, & ad æquitate, ac justitiæ normam redigit, ut sublatis à medio litium, malorumque seminibus, fraterna charitas, atque concordia, quam inter eosdem Cardinales maxime vigere decet, inviolata servetur, & publico simul bono consulunt sit; eumque in finem apostolicæ auctoritatis, & providentiæ partes libenter interponit, prout matura deliberatione præhabita in Domino conspici salubriter expedire.

§. I. Dudum siquidem à fel. rec. Paulo Papâ IV. prædecessore nostro emanavit constitutio tenoris sequentis, videlicet: "Paulus Episcopus Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales in partem sollicitudinis vocentur, ut pro tempore existenti Romano Pontifici assistant, ipsaque Romanus Pontifex eorum consilio agenda disponat, iidem Cardinales sint pars corporis, & membra ipsius Romani Pontificis, ac diversis alme Urbis nostræ patriarchalibus ecclesiis, pro eorum cardinalatus titulo, seu denominatione præfiantur, & in eis Episcopalem jurisdictionem habeant, & propterea in Romana Curia residere debeant, præsertim in dicta Curia magis digni, & privilegiati existant, quàm absentes, & in optionibus Titulorum, ac sex ecclesiarum cathedralium, quibus Cardinales pro eorum cardinalatus titulo præfici solent, absentes etiam ante eos in Cardinalibus assumptionis præferantur, & si unæ ex dictis ecclesiis cathedrali-

bus præfati fuerint, ex post semper alios non Episcopos Cardinales in quibusvis actibus, & sessionibus præcedant: Nos, ex præmissis, & diversis aliis causis animi nostrum moventibus, & inter cetera, ut eosdem Cardinales absentes ad residendum in Curia aliquibus verioribus favoribus, & prærogativis alliceremus, Decanatu collegii Cardinalium hujusmodi, quem Nos, dum in minoribus constituimus essemus, obtineamus, & ad quem propter nostram continuam in eadem Curia residentiam ante alios Cardinales Nobis in cardinalatu antiquiores, tunc ab ipsa Curia absentes perveneramus, per nostram ad Summi Apostolatus fastigium assumptionem vacante, habita super his cum Fratribus nostris in consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & unanimi assensu, venerabilem Fratrem nostrum Joannem Episcopum Ostien. S. R. E. Cardinalem de Bellajo nuncupatum, de Nobis, & Sede Apostolica optime meritum, Decanum collegii hujusmodi declaravimus, eumque ipsius collegii Decanum vocavimus, & Decanatum ipsum sibi concessimus, prout etiam per præsentem declaramus, vocamus, & concedimus. Et insuper, ne imposterum Decanatus prædictus, in illius vocante vocatione in aliquem Cardinalem ex voluntate sua, & non ex causa publica absentem, & propter absentiam suam hujusmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum, in injuriam aliorum Cardinalium tunc presentium, & Romano Pontifici assistentium, ac propterea de negotiis prædictis minus informatum, deveniat ad super eodem Decanatu aliqua controversia, seu dissensiones inter ipsos Cardinales orientur, providere volentes; motu proprio, & rex certa scientia, ac de apostolice potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo validitate constitutione sancimus, quod Decanatus hujusmodi de cetero perpetuis futuris temporibus non nisi ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia presentem, aut ex causa publica absentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem destinatum devenire possit. Et quod Episcopus Cardinalis antiquior in Curia presentis, aut, ut præfertur, absens, & extra Curiam destinatus, postquam Decanatus hujusmodi ad eum deveniret, omnes alios Cardinales, etiam antiquiores, semper in quibusvis sessionibus, & aliis actibus publicis præcedat, nec per alios Episcopos Cardinales etiam antiquiores, tunc absentes, etiam si postmodum incontinenti ad eandem Curiam se conferant, & in ea continuo resident, super ipso Decanatu, aut illius sessionibus, vel aliis actibus, seu negotiis ad eum pertinentibus impediri, aut molestari valeat. Decernentes sic, & non alter in præmissis omnibus, & singularibus per quoscunque Judices, & Commissarios quavis etiam apostolica auctoritate fungentes, etiam casuum palatii apostolici Auditores, ac eorumdem Cardinalium collegium in quavis causa, & instantia, sublatâ eis, & eorum quilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & definiturum debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, ac ordinationibus apostolicis, ac stylo consistorii nostri, nec non ipsius collegii, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1555. Undecimo Kal. Septembris Pontific. nostri anno primo."

§. II. Postmodum, anno scilicet 1719. occasione obitus bon. mem. Nicolai S. R. E. Cardinalis Acciajoli Episcopi, dum viveret, Ostiensis, & Veliternensis, sacrique venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium collegii Decani, dimittere emerit, in prædicta constitutione adversus Cardinales à Curia Romana absentes lata comprehenderetur, vel potius excluderentur Cardinales promotione antiquiores, qui eveniente Decanatu ejusdem sacri collegii vacatione à præfata Curia quidem absentes, sed apud illas metropolitanas, seu cathedralis ecclesias residenter, quibus eua una cum aliqua ex illis cathedralibus ecclesiis suburbicariis, quæ ipsis

Cardinalibus antiquioribus pro suis Titulis, seu denominationibus assignari solent, prætere contingeret. Cumque ejusmodi dubitatio nullis antea Sanctæ Sedis definitionibus discussa ac dirempta esse videretur, rec. mem. Clem. P. XI. Prædecessor. eidem nosse eam expendendam, liberandamque committere decreverat, sive dilectis Filiis Rotæ Romanæ Auditoribus, sive aliis ejusdem Curie Præsulibus, integritate, doctrinâque præstantibus, quorum audita sententia id, quod rationi, & æquitati consentaneum illi visum fuisset, statueret posse. Verum dum in ea deliberatione versaretur, Nos quos potissimum, tamquam eo tempore S. R. E. Cardinalem Episcopum Portuensem, & Archiepiscopum Beneventanum, ceterisque collegii promotiones priores (memorata Pauli IV. const. seposita) tam ad Decanatum dignitatem, quàm ad præfatas Ostiensem, & Veliternensem ecclesias, antiquitatis Jura vocabant, animo reputantes rem hanc absque alia contentione transigi minime posse, probeque memores verborum Apostoli Timotheusum admonentis: *Secum Domini non oportet litigare*, firmiter constitutum super istiusmodi negotio à quavis contentatione, seu litis specie prorpsus abstinere; adeoque datis primum ad eundem Prædecessorem nostrum literis ex suburbano secessu S. Pastoris, & mox etiam apertis literis illi coram explicavimus, ac obtestati fuimus, ut quocunque Nostri ratione posthabita, dignitatem Decanatus Cardinali Episcopo ex residentibus in Romana Curia antiquiori deferre vellet, eidemque ecclesiis Ostiensis, & Veliternensis optionem permitteret: ea tamen adjecta declaratione, ut simili imposterum occurrente Decanatus vacatione, salva, & illa remaneret Jurâ Cardinalium Episcoporum, qui Cardinalatum quidem essent antiquiores, sed extra Romanam Curiam in prioribus suis episcopatibus tunc residenter. Attenta itaque hujusmodi nostra obtestatione, atque cessione, vacans Sacri collegii Decanatus una cum Ostiensi, & Veliternensis ecclesiis à memorato Pontifice in consistorio secreto habito die 26. Aprilis 1719. bon. mem. Fulvio S. R. E. Cardinali Astallio tunc Episcopo Sabinaensi, qui ex Episcopi Cardinalibus in Curia degentibus antiquior erat, cum speciali tamen Jurâ quorumcumque tam Episcoporum Cardinalium extra Curiam apud priores suas ecclesias residentium, quàm aliorum Cardinalium in eadem Curia commorantium, preservatione delatus fuit.

§. III. Deinde vero cum præfatus Cardinalis Astallius Decanus, inscrutabilis divini providentiæ dispositione ab humanis omnium opinionibus celeriter decessisset, & alia non absimilis controversia inter venerabiles fratres nostros bonæ memoriæ Cardinalem Sebastianum Antonium Tanarium tunc Episcopum Tusulanum, & Cardinalem Franciscum Judicem, tunc patrem Episcopum Prænestinum, in Romana Curia presentes (Nobis omnino silentibus, & à quacunque petitione prorpsus absentibus) excitata fuisset, memoratus Clemens Prædecessor septem ejusdem Curie Præsules doctrina, & integritate præstantes deputavit, illisque commisit, ut probe, ac mature perpensis rationum momentis, quæ hinc inde afferri poterant, & de quibus eos plene instrui curavit, suum circa verum sensum antedictæ constitutionis Pauli IV. iudicium proferrent, quod postea in hunc, qui sequitur, modum proferunt: Die 28. Februarii 1721. Habita fuit Congregatio particularis in mansionibus R. P. D. Auditoris Sanctissimi super causa Decanatus sacri collegii Cardinalium, cui interfuerunt RR. PP. DD. Petra, Marefusus Auditor Sanctissimi, Lancetta, Cervinus, Herrera, Ansideus, & Lambertinus ejusdem Particularis Congregationis Secretarius: Omnesque unanimiter responderunt: Consulendum esse Sanctissimo, quod declarare dignetur, Decanatum sacri collegii Cardinalium devenisse vigore Bullæ quinquaginta. mem. Pauli IV. ad Eminentissimum D. Cardinalem Tanarium, tunc Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia presentem tempore vacationis dictæ Decanatus segnatè per nobilitatem Cardinalis Fulvii Astallii, exclusa Episcopis Cardinalibus antiquioribus extra Curiam tempore dictæ vacationis commorantibus, non ex publica causa, & destinatione Romani Pontificis, etiam si residenter in ecclesiis, quarum administrationem ex dispensatione

apostolica retinent, & ita servandum esse perpetuis futuris vacationibus. Quoad aliam vero controversiam inter BE. DD. Card. Tanarium antiquiorem in episcopatu, & juniorem in Cardinalatu, & Card. Judicem Juniorem in episcopatu, sed antiquiorem in Cardinalatu, causa non fuit proposita, attenta cessione suo juri facta ab eodem Cardinali. Judices, Dominice unanimiter dixerunt, consulendum esse Sanctissimo, quod declarare dignetur ex hujusmodi cessione nullum in futuri Decanatus vacationibus censi irrogatum fuisse præjudicium Cardinalibus similia jura foventibus. Factaque eadem die per me infrascriptum Secretarium de præmissis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas sua Congregationis sententiam quoad utramque partem benigne approbavit, & perpetuis futuris temporibus observari mandavit: Prosper de Lambertinis Secretarius. Idem vero Clemens Prædecessor non modo ante dictorum Præsulum votum, seu consilium, ut præfertur, benigne probavit, perpetuisque futuris temporibus observari mandavit, verum etiam illud in consistorio secreto subinde, nempe die 3. Martii 1721. habito palam recitavit, & inter Agæ ejusdem consistorii ad perpetuam rei memoriam asservari, atque custodiri præcepit.

§. IV. Cum autem, seclusa Paulina constitutione, maxime æquum, & rationi consonum videretur, ut Cardinales Episcopi antiquiores præfati, quamvis tempore vacationis Decanatus sacri collegii à Romana Curia absint, & apud priores sibi commissas ecclesias personaliter residenter, ad eundem Decanatum assequendum admitti debeant: tum quia ipsi revera à Curia non absint ex voluntate sua, sed ex formali necessitate, cum ex divinarum, canonicarumque sanctionum, & Concilii Tridentini præscripto, apud priores ecclesias jurgiter residere cogantur, quin etiam ab eis discedere absque Sedis Apostolicæ licentia non possint, nec ab hoc apud ipsas residenti onere exempti sint, quamvis in Urbe, vel in ecclesiis suburbicariis, quæ illis in titulum sunt assignatæ, commorari vellet, quænammodum expresse sub gravissimis penis cavetur peculiari constitutione præ memoriæ Urbani Papæ VIII. Prædecessoris patris nostri, cujus tenor est; qui sequitur, videlicet: *URBANUS PAPA VIII. ad perpetuam rei memoriam.* Sancta Synodus Tridentina sub recolenda mem. Paulo Papa III. Prædecessore nostro, ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam, providè statuit, ut omnes quacunque dignitate, gradu, & præminentiâ fulgentes, patriarchalibus, primatibus, metropolitibus, & cathedralibus ecclesiis quibuscumque, quovis nomine, & titulo præfati, apud eas personaliter residere deberent, nisi, si per sex menses continuos absentem, amissionem quartæ partis fructuum unius anni præquam ipso jure incurrerent: quod si per alios sex menses in absentia perseverarent; tunc aliam quartam partem fructuum hujusmodi eo ipso amitterent: crescente vero contumacia Romanus Pontifex supra ejus auctoritate in ipsos absentes animadvertere, & ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere posset. Deinde sub fel. record. Pio IV. etiam Prædecessore nostro, eadem Synodus declaravit omnes eidem patriarchalibus, primatibus, metropolitibus, & cathedralibus ecclesiis præfectos, etiam si S. R. E. Cardinales forent, obligati ad personalem residentiam in sua ecclesia, vel diocesi faciendam; nec absesse posse, nisi ob legitimas causas in scriptis approbandas. Et in eodem Concilii decretorum executionem eidem Pius IV. Prædecessor per suas sub plumbo sub dat. 7. Kalend. Decembris 1564. expeditas literas movit eosdem præfatos ecclesiis præfectos in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ultra penas in eodem Concilio contentas, sub privationis eorum à regimine, & administratione ipsarum Ecclesiarum, ac amissionis facultatum testandi, & disponendi, aliisque penis suo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eisdem, ut in ecclesiis præfatis omnino personaliter residere deberent: Denique certior factus, quod multi eorumdem Præfectorum erant inobedientes, motu suo proprio commisit Camera Apostolicæ Auditores generales, ut contra illos usque ad sententiam procederet, & sibi deinde reser-

videlicet moram trahentes intra unum, extra vero eam  
in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes intra  
quatuor menses à die publicationis presentium in locis  
infrascriptis faciendæ computandos, quos pro tribus ca-  
nonicis monitionibus, peremptoriisque dilationibus, &  
terminis respective emissis, & assignatis esse vo-  
lumus; se itineri committere, & legitimis itineribus ad  
ecclesias, seu dioceses suas proficisci, & se personaliter  
conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere debeant.  
Eisdem Præfatis postquam personaliter ad residendum  
se contulerint, nec non quibuscumque aliis apud suas  
ecclesias quodcumque personaliter residentibus, sub  
eisdem penis etiam eo ipso respective incurrendis,  
iungimus, ne ab eorum ecclesiis discedant, nisi prius  
obtentâ nostra, & Romani Pontificis pro tempore exis-  
tentis, per Breve, seu literas missivas, licentia; illis  
etiam, qui imposterum per Nos, seu Romanos Pontifi-  
ces Successores nostros, alii præfaturum ecclesiarum  
patriarchalium, primatialium, metropolitanarum, ar-  
chiepiscopatum, & episcopatum quovis nomine, vel  
titulo præfati fuerint, etiam Sanctæ Romanæ Eccle-  
siæ Cardinales quodcumque fuerint, vel sint, sub  
eisdem penis, etiam eo ipso respective incurrendis, de-  
beant, & quilibet ipsorum debeat intra præfatum tem-  
pus, à die eorum promotionis ad aliquam præfaturam  
ecclesiarum inchoandum, quod eis pro tribus monitio-  
nibus, & dilationibus, ut præfertur, ex tunc assigna-  
mus, pariter se itineri committere, & ad ecclesias, si-  
ve dioceses sibi commissas, ad personaliter in eis re-  
sidentium, conferre, & respective, postquam residere  
inceperint, ab illis non discedere, nisi prius obtenta à  
Nos, & Romano Pontifice pro tempore existente,  
licentia præfata. A quarum pœnarum incursu nolumus  
posse aliquem se excusare prætextu, & ratione ejus-  
cumque servitii quomodolibet præstiti, & præstandi,  
aut tradandis negotiis quoruncumque  
Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Rerum  
publicarum, Regnorum, ac Provinciarum, nec ratione  
cujuslibet jussionis, vel mandati eorum, vel earum,  
quodcumque facti, vel faciendi, nec etiam ratione  
prosecutionis, seu defensionis quarumcumque litium,  
seu controversiarum etiam ecclesiasticarum, vel inveni-  
endi foederis, aut ejuscumque alterius negotii etiam grâ-  
vissimi, & specialis mentione digni tractandi; vel dis-  
tantiæ locorum, aut brevitas temporis, ob quam non  
videatur expectanda Sedis Apostolicæ licentia præfata,  
anæquam à suis ecclesiis, & diocesis discedant; aut  
ratione alterius ejuscumque cause; vel occasione,  
etiam publice, vel aliâ favorabilis; & æque piæ, etiam  
cujuslibet utilitatis, sive necessitatis ecclesiarum, &  
personarum: præterquam personalis interessentis in  
Synodis Provincialibus, in Congregationibus, seu As-  
sembleis generalibus, in quibus ecclesiasticis interveni-  
re solent, vel ratione muneris, aut republicæ officii,  
episcopatus, vel ecclesiis majoribus præfatis adjuncti,  
cujus ratione ad certum tempus occupari solent: &  
tunc pro tempore, quo illæ Synodus, Congregationes,  
& Assembleæ, exercitiumque muneris, seu officii pu-  
blici, ipsi ecclesiis adjuncti, actu duraverint, quibus  
sinitis recto tramite ad ecclesias præfatas sibi commissas  
se conferre debeant: Nec etiam à prædictâ residentiâ,  
& pœnarum præfatarum incursu volumus excusari S.  
R. E. Cardinales nunc, & Romanos Pontificis succes-  
soribus nostris, etiam si pro tempore existentes aliqui  
præfaturam ecclesiarum præfatos, seu præficiendos,  
etiam si, tamquam in ordine priores aliquem ex dictis  
Titulis episcopalibus prope Urbem, vel in ejus distric-  
tu consistentibus obtineant, & imposterum obtinuerint,  
& in prædictis episcopatibus titularibus Urbis proximis  
residerint, vel in Romana Curia in suis Titulis res-  
pective etiam Nobis, & Romani Pontificis succes-  
soribus nostris, scientibus, & videntibus, quomodoli-  
bet tolerantibus, moram traxerint; ita ut nulla nostrâ,  
ac Romanorum Pontificum successorum nostrorum con-  
viniencia, taciturnitate, & ad quoruncumque functio-  
num, & actuum pontificalium, etiam publicarum, &  
solemnium celebrationem; receptione, & admissione,  
umquam tueri se possit. Et pro promissorum, & infra-

crip-

Urbani prædecessoris constitutione sancitis penis com-  
pulsit, & obstrinxit. Accedit præmissis, quod ab ejusmo-  
di exclusione Episcoporum Cardinalium antiquiorum  
extra Romanam Curiam in prioribus ecclesiis residen-  
tium, maximum illud promanar absurdum, quo alienæ  
mortis detestabile votum ingeritur: nam, sicut accepimus,  
& Nobis etiam ipsis evenisse non distitemur, statim ac  
Cardinalis sacri collegii Decanus gravi, & pericu-  
loso morbo laborat, illico Episcopus Cardinalis anti-  
quior absens, qui ipsi in Decanatu successurus est,  
amicorum literis ad urbem quantocius repetendam inci-  
tatur, ut tempore obitus ejusdem Cardinalis Decani in  
Romana Curia præsens sit, adeoque ad eum ex Paulinæ  
constitutionis præscripto Decanatus deferatur: Unde non  
sine gravi honorum offensione, & ecclesiasticæ discipli-  
næ detrimento, in Urbe conspicitur Episcopus Cardina-  
lis antiquior, in Decanatu proxime successurus, qui Car-  
dinalis Decani ægotantis mortem expectat, ut ad ipsum  
dignitas vacatura deveniat, contra saluberrimum Late-  
ranensis Concilii monitum, relatum in cap. 2. de cap-  
cess. præbende, cujus verba sunt: "Ne desiderare quis  
mortem proximi videatur, in cujus locum, & benefi-  
cium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis  
etiam legibus Gentium invenitur inhibendum, turpe  
est, & divini plenum animadversione judicii, si locum  
in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat,  
quam ipsi etiam gentes condemnare curarunt."  
§. V. Nos itaque, qui deinde prædictum sacri colle-  
gii Cardinalium Decanatum absque ulla contentione ob  
illius vacationem retroactis mensibus secutum per obitum  
memorati Cardinalis Tanarii Decani, dum in Romana Curia  
præsentes essemus, & in Conclavi, ubi, divina sic dis-  
ponente Clementia, ad summi Apostolatus fastigium eve-  
cti fuimus, reperiremur; præmissis omnibus, quantum  
cum Domino possumus, occurrere, & obviare, ac aliâ  
desuper opportune providere volentes: motu proprio, &  
ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque  
apostolicæ potestatis plenitudine, præfatis aliisque justis,  
& rationabilibus causis animum nostrum moventibus  
adductis, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus,  
atque decernimus, quod Episcopus Cardinalis anti-  
quior, qui una cum aliqua ex cathedralibus suburbi-  
cariis præfatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus  
assignari solitis, aliam retinebit cathedralem, seu metro-  
polititanam ecclesiam in administratione, dummodo tamen  
apud ipsam secundo dictam ecclesiam personaliter resi-  
deat tempore vacationis Decanatus ejusdem sacri collegii,  
de cetero ad ipsum Decanatum admitti debeat, & admit-  
tatur, perinde ac si occurrente illius vacatione in Romana  
Curia præsens fuisset, ita ut absentia ab Urbe ad præmis-  
sum effectum ei nullatenus obesse possit. Quin etiam vo-  
lumus, & declaramus ipsum Decanatum ad prædictum  
Episcopum Cardinalem antiquiorem absentem, & apud  
priorem ecclesiam, ut præfertur, actu residentem ipso Ju-  
re devenire debere, eo prorsus modo, quo in Paulina con-  
stitutione ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia  
præsente, aut ex causa publica absentem, & extra  
Curiam per Romanum Pontificem destinatum deventre  
debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius dis-  
crimen, seu differentia constituantur; ac ita perpetuis fu-  
turis temporibus servari præcipimus, & mandamus.

Urbani prædecessoris constitutione sancitis penis com-  
pulsit, & obstrinxit. Accedit præmissis, quod ab ejusmo-  
di exclusione Episcoporum Cardinalium antiquiorum  
extra Romanam Curiam in prioribus ecclesiis residen-  
tium, maximum illud promanar absurdum, quo alienæ  
mortis detestabile votum ingeritur: nam, sicut accepimus,  
& Nobis etiam ipsis evenisse non distitemur, statim ac  
Cardinalis sacri collegii Decanus gravi, & pericu-  
loso morbo laborat, illico Episcopus Cardinalis anti-  
quior absens, qui ipsi in Decanatu successurus est,  
amicorum literis ad urbem quantocius repetendam inci-  
tatur, ut tempore obitus ejusdem Cardinalis Decani in  
Romana Curia præsens sit, adeoque ad eum ex Paulinæ  
constitutionis præscripto Decanatus deferatur: Unde non  
sine gravi honorum offensione, & ecclesiasticæ discipli-  
næ detrimento, in Urbe conspicitur Episcopus Cardina-  
lis antiquior, in Decanatu proxime successurus, qui Car-  
dinalis Decani ægotantis mortem expectat, ut ad ipsum  
dignitas vacatura deveniat, contra saluberrimum Late-  
ranensis Concilii monitum, relatum in cap. 2. de cap-  
cess. præbende, cujus verba sunt: "Ne desiderare quis  
mortem proximi videatur, in cujus locum, & benefi-  
cium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis  
etiam legibus Gentium invenitur inhibendum, turpe  
est, & divini plenum animadversione judicii, si locum  
in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat,  
quam ipsi etiam gentes condemnare curarunt."  
§. V. Nos itaque, qui deinde prædictum sacri colle-  
gii Cardinalium Decanatum absque ulla contentione ob  
illius vacationem retroactis mensibus secutum per obitum  
memorati Cardinalis Tanarii Decani, dum in Romana Curia  
præsentes essemus, & in Conclavi, ubi, divina sic dis-  
ponente Clementia, ad summi Apostolatus fastigium eve-  
cti fuimus, reperiremur; præmissis omnibus, quantum  
cum Domino possumus, occurrere, & obviare, ac aliâ  
desuper opportune providere volentes: motu proprio, &  
ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque  
apostolicæ potestatis plenitudine, præfatis aliisque justis,  
& rationabilibus causis animum nostrum moventibus  
adductis, hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus,  
atque decernimus, quod Episcopus Cardinalis anti-  
quior, qui una cum aliqua ex cathedralibus suburbi-  
cariis præfatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus  
assignari solitis, aliam retinebit cathedralem, seu metro-  
polititanam ecclesiam in administratione, dummodo tamen  
apud ipsam secundo dictam ecclesiam personaliter resi-  
deat tempore vacationis Decanatus ejusdem sacri collegii,  
de cetero ad ipsum Decanatum admitti debeat, & admit-  
tatur, perinde ac si occurrente illius vacatione in Romana  
Curia præsens fuisset, ita ut absentia ab Urbe ad præmis-  
sum effectum ei nullatenus obesse possit. Quin etiam vo-  
lumus, & declaramus ipsum Decanatum ad prædictum  
Episcopum Cardinalem antiquiorem absentem, & apud  
priorem ecclesiam, ut præfertur, actu residentem ipso Ju-  
re devenire debere, eo prorsus modo, quo in Paulina con-  
stitutione ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia  
præsente, aut ex causa publica absentem, & extra  
Curiam per Romanum Pontificem destinatum deventre  
debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius dis-  
crimen, seu differentia constituantur; ac ita perpetuis fu-  
turis temporibus servari præcipimus, & mandamus.

ta-



ab eorum concessione omnino abstinere intendimus, nihilominus, si quæ contra hanc nostram dispositionem, quocumque, & qualitercumque contigerint, illa subreptitè obtenta censeri debent; nullique propterea, perinde, ac si non emanassent, suffragari posse, itidem statuimus.

§. V. Porro si quando evenient, Cardinales patriarchali, primatiali, archiepiscopali, vel cathedrali ecclesiarum præfectos, in d. Curia, ex legitima causa, aut Sedis Apostolicæ licentia præsentem tunc non reperi, cum factus fuerit locus vacationi alicujus ex sex ecclesiis suburbicariis hujusmodi, nostræ ac Romani Pontificis pro tempore existentis partes erunt animam sedulo advertere, & deliberare, dum absolvantur à vinculo, quo priori ecclesiæ tenentur, ad effectum optandi, & assequendi ecclesiæ vacantem ex dictis suburbicariis, utrum expediat eis concedere administrationem, seu alio nomine retentionem alterius ecclesiæ, cui antea præerant, ac in primis utrum ambæ sint invicem addeò propinquæ, ut pastorem curam utrique commode impendere suumque ministerium rectè implere valeant. Ceterum non possumus non summo pro eos commendare, qui ut omnem curam, & studium suum in utilitatem ecclesiæ jam sibi commissæ conferre pergant, nec de vigilantia ei debita quidquam detrahatur, ultro ab ejusmodi optione abstinere, quemadmodum superioribus temporibus plures Cardinales, memores saluberrimi illius Tridentinorum Patrum moniti (valde nimirum felicem illum esse censendum, qui unam ecclesiam bene, ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit) summa cum laude fecerunt.

§. VI. Præterea considerantes Cardinalibus veteri more facultatem competere optandi aliam ex sex suburbicariis ecclesiis, quoties vacaverint, dimissa priore, quæ sibi in Titulum assignata fuerat: id vero si frequenter fiat, spirituale incommodum afferre posse gregibus, quorum pastores ita crebro mutantur, volumus, ut impostorum Cardinales, qui ab Ordine Presbyterorum ad illum Episcoporum ascendentes, unam ex prædictis ecclesiis suburbicariis obtinuerint, deinceps ad aliam priore dimissa, ac Romano Pontifice approbante, semel tantum, transire possint; salva tamen illis semper, atque illata facultate optandi, prævia dimissione prioris, ecclesiam Octiens, quæ peculiariibus gaudet prerogativis, ac præsertim illa, quod Cardinalis, qui præest, Pontificem Maximum solemniori ritu pallio etiam adhibito, consecrare soleat.

§. VII. Demum etsi minime dubitemus, quin venerabiles Fratres nostri ipsius S. R. E. Cardinales, Episcopi sex cathedralium ecclesiarum præfatarum, omnibus incumbenti sibi muneris partibus cumulate hæcenus satisfecerint, idemque posthac de eis, nec non aliis, qui ejusmodi ecclesiis præficiuntur, Nobis merito polliceamur; pro nostra tamen pastoralis sollicitudine, quæ nunquam in hoc nimis esse potest, ad eorum memoriam revocandum duximus, teneri ipsos, etiamsi in dicta Curia, ut Romano assistant Pontifici, commorentur, ecclesias, & dioceses suas ad præscriptum sacrorum canonum, & decretorum Concilii Trid. visitare per se ipsos, aut si legitime impediti fuerint, per suum Vicarium in spiritualibus generalem, aliumve probum, & ad id idoneum Virum ecclesiasticum, nec non relationem status earumdem ecclesiarum, & diocesium, quibus præsent, Pontifici, juxta constitutionem similis memoriæ Sixti Papæ V. prædecessoris quoque nostri, quæ incipit: Romanus Pontifex &c. exhibere; ac cetera, quæ ad Episcopale officium pertinent, diligenter præstare. Quæ sane in re maxime decet eos pro sublimi, quem in ecclesia Dei tenent, honoris, & dignitatis gradu, aliis omnibus Antistitibus exemplo, quod sequantur, præluere.

§. VIII. Decernentes pariter ipsas præsentem literas, & in eis disposita quæcumque etiam ex eo, quod ejusdem S. R. E. Cardinales in præmissis Jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, sive ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, nullo inquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aliove quolibet etiam formali, subs-

tantiali defectu notari, impugnari, infingi, retractari, aut in controversiam vocari, vel adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine partibus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse. Sed easdem præsentem literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia invariabiliter observari, & illis respectivè plenissimè suffragari, siquæ, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores, ipsosque Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac sacrum collegium, & quosvis alios quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quopiam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. IX. Volumus quoque, ut earumdem præsentium literarum transcriptis, seu exemplis etiam impressis, manibus alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 10. Januarii 1731. Pontificatus nostri anno primo. F. Cardinalis Oliverius, Die 12. Januarii 1731. supradicta constitutio affixa, & publicata fuit ad vobis Curia Innocentiana, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Bartoli Apost. Curs. Petrus Righi Mag. Curs.

De cardinalatus dignitate, prima in ecclesia post Pontificatum, consule Platin. de Cardinalis dignitate, & offic. cap. 3. fer. per tot.

Illud verò hic non omnimodum, quod cooperunt primum Episcopi Cardinales aliis omnibus Episcopis antere, & eo quoque postea Cardinales alii sensim pervenerunt. Licetque jam post medium seculum undecimum, & seculo duodecimo legantur quandoque omnes Cardinales antepositi etiam Archiepiscopis in Conciliis Romano, ac Beneventano, & in Galliis, non hæc tamen fuit illi semper prerogativa. In Concilio verò Lugdunensi I. anno 1245. sederunt omnes in eminentiori loco ante Archiepiscopos. Immo & in Concilio Lugdun. II. anno 1274. ante Latinos Constantinopolitanum, & Antiochenum Patriarchas. Consule tum de his, tum de aliis pertinentibus ad eminentiam Cardinalium præ Episcopis, Thomassin. de veter. & nov. eccl. disciplin. lib. 1. cap. 113. & seq. ubi que fer. per tot.

ARTICULUS III.

Quoad Cardinalium residentiam, & eorum jurisdictionem in suis titulis, aut Diaconiis.

SUMMARIUM.

1. CARDINALES tenentur residere in suis titulis.
2. Aliis si canonice moniti non redeant, sunt privandi, ut de facto fuit privatus Cardinalis Anastasius à Leone IV.
3. Quando sunt privandi, & deponendi: abscedere à Romana Curia non possunt; & que jurisdictione eisdem competit in ecclesiis suis titulis, subjectis, ad num. 12.
13. Quæ jura eis inseparabiliter ratione sue dignitatis dignoscantur, ad n. 26.
27. An quæ Cardinalibus Presbyteris competunt, in Diaconis locum habeant.
28. Supplementa Auctoritatis demonstrantur, ad n. 34.
35. Adit. ex aliena manu inseruntur, ad n. 41.

CARDINALES tenentur residere in suis titulis; cap. Ex 1 gestis 2. de Clericis non residentibus. Alias si canonice 2

moniti non redeant, & resident, sunt privandi, ut de facto fuit privatus Cardinalis Anastasius à Leone IV. in Concilio Romano; cit. cap. Ex gestis, ibi: In Synodo Anastasius Presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli ab omnibus canonice est depositus, eo quod parochiam suam per annos quinque contra canonum insituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur. Cardinales tamen non residentes privari non debent, nisi legitime moniti non redeant. Debent enim prius canonice, & legitime moneri, ut redeant, ut constat ex cit. cap. Ex gestis per illa verba: Canonice est depositus; & per verba Leonis IV. in dicto Concilio Romano, ibi; quem etiam auctoritate suffulti canonice apostolicis literis per tertiam, & quartam vicem vocavimus; & ex cap. Intra quatuor 20. & cap. Clericos 17. de clericis non residentibus. Alias quantumcumque vagabundi discurrant, ante legitimum, & canonicum monitionem, ut redeant, non sunt privandi; cap. Ex tur. 11. de clericis non residentibus, & tenet Gloss. ultim. in dict. cap. Ex gestis, & ibidem Hostiens. num. 4. in v. Canonice, & Fagnanus num. 9. Cardinales sic contumaciter non residentes possunt deponi sine Concilio. Quamvis enim in dict. cap. Ex gestis dicatur, ab omnibus est depositus, tamen Gloss. 1. exponit verbum, ab omnibus, id est, approbantibus, quoniam solus Papa hunc Cardinalem deposuit, ut patet ex verbis ipsius Concilii Romani sub dicto Leone IV. ibi: Tunc elevans se præclarus Pontifex ex Sede sua, ait, Anastasium jam super excommunicatum presbyterum tituli Sancti Marcelli, qui propriam parochiam relinquens, in aliena per multa tempora nititur immorari, à sacerdotali ministerio modis omnibus remotum, ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat. Et revera in Summo Pontifice absque Concilio residet plenitudo potestatis, ut est tex. notat. in cap. Cuncta per mundum 16. caus. quest. 3. ibi: Apostolica Sedes sine ulla synodo procedente, & solvens quos synodus iniquè damnaverat, & dampnati nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultatem, & hoc nimirum pro sua principatu, quem B. Petrus Apostolus Domini voce, tenui tenuit, & tenuit. Ideoque Bonifacius VIII. Cardinales Colomnesenses sine Concilio deposuit, patet ex cap. unic. de schismat. in 6. Immo Cardinales sic contumaciter non residentes, possunt deponi à Papa etiam sine consilio, & consensu aliorum fratrum Cardinalium: In solo enim Papa plenitudo residet potestatis; cap. Ad honorem, de usu pallii, & arg. cap. Propositus de concess. præbend. & facit constitutio Innocentii V. incip. Cum jura: ubi disponitur etiam de imponenda poena privationis Cardinalatus, & legitur hæc sequens clausula: Perinde ac si in consistorio nostro secreto de eorumdem venerabilium fratrum nostrorum consilio, & unanimi assensu emanasset. Et est communis opinio, quod Papa possit arduus expedire, etiam sine consilio, & assensu fratrum, ut testatur Gemin. in cap. Super eo, circa med. vers. Communis conclusio: Decius in rubr. de consil. in 2. lect. num. 10. & Felin. ibi numer. 2. vers. Sed quod immo Papa: ubi hanc partem solidissime comprobat, & plurimos citat idem sentientes, & contrariam opinionem dicit procedere de honestate, prout etiam loquitur textus in cap. Per venerabilem 13.

2. Qui filii sint legitimi, §. Rationibus: In quo tantam vim faciunt adversarii, quod & nos ultro fatemur, nempe quod Papa de honestate non debet Cardinalem depocere, vel alia ardua expedire, sine fratrum consilio; arg. cap. unic. de schismat. in 6. cap. Ad apostolicæ, de re judic. in 6. & cap. 1. de renuntiat. in 6. cap. 2. no. 1.

9. Cardinales non possunt à Romana curia abscedere sine licentia Papæ. Leo X. in constit. incip. Sub poena: edit in Concil. Lateranen. §. 28. Innocent. X. in constit. incip. Cum jura edita 19. Februar. 1646. Et ratio est, quia Cardinales sunt Collaterales Papæ; cap. Excommunicationis, de offic. Legat. & debent ei assistere tamquam coadjutores in executione pastoralis officii; capit. Per venerabilem, qui filii sint legitimi, §. Rationibus; & constitutio Sixti V. incip. Postquam verus: Sunt enim Cardinales membra, & pars corporis Papæ; leg. Jurisperitos, ff. de excusat. iur. leg. Quisquis, ibi: Senato-

FERRAR. BIBLIOT. TOM. II.

res etiam, nam & ipsi pars corporis nostri sunt. cod. ad leg. Jul. Majest. cap. Si quis 6. quest. 1. cap. Felicitas, de penis in 6. adeoque contra naturam rei est, ut se ab illius latere subducant, nam & à capite non licet membra recedere; cap. Cum non liceat, de receptis. Et ideo Summi Pontificis varias constituerunt poenas contra Cardinales recedentes à romana curia sine Papæ licentia, & extra ipsam commorantes, ut inter alios Leo X. dict. constitut. incip. Sub poena: ibi: Et cum Cardinalis officium in primis versetur in frequenti Romani Pontificis assistentia, & Sedis apostolicæ negotiis; propterea statuimus, ut omnes Cardinales in romana curia resident, & qui sunt absentes, si in Italia, intra sex menses, si extra Italiam, intra annum à die publicationis præsentis constitutionis revertantur, alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum suorum emolumenta amittant, omnibusque privilegiis generaliter, & specialiter Cardinalibus concessis quando abfuerint omnino careant; exceptis tamen illis, quos ratione officii ab apostolica Sede juncti, vel de Romani Pontificis mandato, aut licentia, vel justo metu, aut quavis alia legitima causa impediende, vel negotiationis abesse contingit; privilegiis, indulgitiis, & immunitatibus eisdem Cardinalibus concessis; & in Bulla nostra sub data coronationis nostræ contentis, & expressis in suo robore nihilominus permanentibus. Et Innocentius X. in dict. constitut. incip. Cum jura: cuius tenor per partes singulas, quæ octo sunt, compendiose hic adducitur prout referatur à Fagnano in cap. Ex gestis 2. de Clericis non residentibus num. 23.

In prima igitur ponitur constitutio Casæ, nempe obligatio Cardinalium residenti apud Papam in romana curia, decreta contra sic recedentes edita, & illorum transgressores.

In secunda, ibi: Quia vero, Cardinales, qui post Bullam, non obtenta Papæ licentia, se transferrunt extra statum ecclesiasticum. Primo: Privilegiis, & indulgentiis etiam beneficia conferendi, pensiones, & fructus ecclesiasticos transferendi, & facultate testandi privantur, ab ingressu ecclesie interduntur, ultra alias poenas arbitrio Papæ infingendas, mandaturque devenerit ad sequestrum fructuum, officiorum, & beneficiorum, nec non pensionum, ac fructuum reservoirum. Secundo: Si infra sex menses à die recessus ad curiam non redierint, privantur iisdem fructibus arbitrio Papæ distribuendis. Tertio: Si non redierint infra alios sex menses immediate sequentes ultra memoratas poenas, privantur omnibus officiis, beneficiis, pensionibus, & fructibus reservatis, ut supra distribuendis.

In tertia, ibi: Cardinales autem, Cardinales, qui ante Bullam sine licentia Papæ extra statum ecclesiasticum jam se transtulerunt, si infra sex menses à die publicationis non redierint ad curiam: Primo, interduntur ab ingressu ecclesie, privantur facultate testandi, ac privilegiis, & indulgentiis prædictis, nec non fructibus officiorum, beneficiorum, ac pensionum; Secundo, si non redierint infra alios sex menses immediate sequentes, ipsis officiis, beneficiis, pensionibus, ac fructibus reservatis privantur.

In quarta, ibi: Si autem Cardinales, statuitur ut contra Cardinales, qui ante Bullam sine licentia Papæ extra statum ecclesiasticum jam se transtulerunt, aut post Bullam se transferent, si per alios tres menses immediate sequentes, qui pro tribus canonicis monitionibus, ac peremptoriis terminis assignantur, & sic in totum infra quindecim menses ad romanam curiam non redierint, devenerit possit ad alias poenas per Papam declarandas etiam usque ad privationem dignitatis Cardinalatus inclusive.

In quinta, ibi: Ac demum, Cardinalibus, qui de cetero sine dicta licentia extra statum ecclesiasticum se transferent, admittitur facultas substituendi Cardinalium Prælatum, vel alium quemcumque in suis officiis, legationibus, præfecturis, guberniis, protectionibus, nec non administrationibus tituli, vel diaconie, aut etiam episcopatus, & ecclesiarum etiam patriarchalium, ac beneficiorum quorumcumque, & cassantur indulta super his concessa.

In sexta, ibi: Ab omnium, declaratur ab antedictis